

propterea esse individuum, hoc est, ἀμειψή & ἀμέριστον, sententia est Platoniorum, Plotini, Jamblichi, Procli, Alcinoi, & ψευδωνύμης quoque illius Zoroastri, cujus dogmata quaedam repræsentavit Eusebius.

III. Sibi sufficere Deum, nec ulla alia re indigere, Platoniorum eorundem opinio est, Porphyrii, Jamblichi, Procli, & Alcinoi. Idem habet & Aristoteles, & Aristotelis sectator Simplicius, idem & Lucretius.

IV. Perfectus est, pulcherrimus est, & fons pulchritudinis, juxta Pythagoram, Anaxagoram, Platonem, & Platonis pedisequos, Maximum Tyrium, Plotinum, Proclam, & Alcinoium: item juxta Stoicos, & supposititium eundem Zoroastrum.

V. Quod bonus sit, quod optimus, prædicant Plato & Platonici, & in his præcipue Jamblichus. Quod sit bonus ὑπερσπουδῶς, *superessentialiter*, quod fons boni, prædicat Proclus: prædicat & esse bonum ipsum, Platonis auctoritate ductus, qui dicere solet, Deum esse pulchrum ipsum, bonum ipsum. Prædicant idem Numenius & Alcinoius: item Simplicius, qui & bonitatem bonitatum appellat. At inter Stoicos Cleanthes, in Poëmate de Deo, boni explicans naturam, non aliis eam definivit verbis, quam quibus Deum ipsum definiverat: & Epictetus, ubi esset essentia Dei, illic esse dixit essentiam boni. Sallustius vero Cynicus inter communes notiones primam hanc posuit, omnem Deum esse bonum.

VI. Infinitum esse Deum, notum fuit Anaxagoræ, qui Mentem infinitam statuit principium rerum: notum & Aristoteli, qui Deum dixit continere infinitatem ipsam: notum & Melisso, ac Zenoni: notum & Proclo, qui infinitum ait esse Dei facultatem nunquam deficientem, ex qua infinitas ipsa oriatur.

VII. De immensitate paria non senserunt nec prolocuti sunt Philosophi. E recentioribus quidem plerique, & majori in luce literarum positi, & Ebræorum ac Christianorum dogmatis jam imbuti, multas majorum suorum de rebus divinis opiniones vel emendarunt, vel accuratius exposuerunt. Nam qui Platonis adhæserunt disciplinæ, Deum dixerunt neque esse ulla in re, neque seipso includi. Sic Plotinus, qui, etsi facta esse dixit omnia, nec quicquam procreari posse, cum hoc ad potentiam Dei, non ad amplitudinem pertineat; minime id

L

fibi

ἀὐταρχῆν,
Aristot. de
cæl. 1.1. c.9.
& Magn.
Mor. libr.2.
c.15. Lucret.
l. 1. & 2.
perfectum
ac pulcher-
rimum,
Max. Tyr.
Diff. 1. Plot.
Procl. Th.
Plat. l.2. c.11.
& l.1. c.19. &
25, Alcino.
Isag. c.10.
bonum,
Plat. Tim. &
l.2. Reip.
Jambl.
myst. sect.
1. & 8. Procl.
Th. Plat. l.1.
c.15.17.19. l.3.
c.1. Elem.
Th. Pr. 12.
119. 133. Nu-
men. Euf.
Pr. l.11. c.21.
Alcino. Isag.
c.10. Simpl.
in Epictet.
Cleanth.
Clem. Alex.
Protrept.
Strom. l.5.
Sallust. c.1.
infinitum,

Aristotel. 1.1. de cælo, Meliss. & Zeno. apud Stob. Eclog. Physic. lib. 1. cap. 1, Procl. Theol. Platon. libr. 3. cap. 12. *immensum*, Plotin. Enn. 5. libr. 5. c. 12.